

rimas figuras, sed absque descriptionibus; sed tantùm fabulas aniles; nil novit ipse, rudis et illitteratus homo, nec vidit ullum animalculum pharmacopæus vivum, nec qui scripsit opus Gaubius : indè ne verbum sanæ mentis.

Ex dictis vides me, in historiâ animalium venenatorum, planè rudem esse.

Tela Herculis sanie *Lernææ* infecta vide apud Redi, qui unicè sapienter dixit, quantum novi, de Serpentibus.

Si acus instigatur lacti *Euphorbii* et canis pungatur, fertur, instar viperæ morsu, intumescere et perire; sed ipse non vidi.

*Astragali* tui, nuper Monspelii detecti, erunt procùl dubio :

*Astragalus* 16, Bæticus, *Spec., plant.* 758.

*Astragalus* 17, Sesameus, *Spec., plant.* 759.

Sed in priori, flores non sunt subcærulei.

Horticulturæ fundamenta dedi primus in Actis Stockh., 1759. Prima observatio.

Hanc artem in dissertatione Academicâ ulteriùs exponam latinè, et ad te mittam.

---

micien, après avoir voyagé aux Indes et dans l'Amérique, et publiâ avec le concours d'autrui : *Rerum naturalium Thesauri accurata descriptio et iconibus artificiosissimis expressio*, 4 vol. in-f°. —